PRIERES APPEI EE L'ANGELUS.

ANGELUS Domini nuntiavit Mariæ,
R. Et concepit de Spiritu Sancto.
Ave, Maria, etc.
V. Ecce ancilla Domini,
R. Fiat mihi secundum verbum tuum.
Ave, Maria, etc.
V. Et Verbum caro factum est,
R. Et habitavit in nobis.
Ave, Maria, etc.
V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

GRATIAN tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde ; ut qui, angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionnis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Pendant le temps pascal.

Regina cœli, lætare, alleluia.
Quia quem meruisti, portare, alleluia.
Resurrexit sicut dixit alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.
V. Gaude et lætare, Virgo Maria, alleluia.
R. Quia surrexit Dominus vere alleluia.

Oraison.

Deus, qui per resurrectionnem Filli tui Domini nostri Jésu Christi mundum lætificare dignatus es; præsta, quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.